

ab eo exigit, ut domum possessionis in civitate Catinenfium, quam Ammonia quondam foras ejus, Calixeni avia Ecclesie titulo devotionis obtulerat. eidem Calixeno restitui curaret; asserens illam memoratam Ammoniam alienandi eam non habere licentiam, sed Calixeni filii sui per omnia juris esse. Itaque ne mulieris lacrymas inanes relinqueret, & ne plus rigoris viam, quam pietatis causam videretur complecti, mandat memoratam domum, simul & donationem ab Ammonia factam de domo, quae in Sicilia erat, reddendam esse, dicens; Melius esse in dubiis non distinctionem exequi, sed ad benignas potius partes inflecti, praesertim dum ex parva rei cessione, nec Ecclesia gravatur, & orphanus, atque pauperi misericorditer subvenitur. Ex lib. 7. Registri B. Gregorii c. 23.

Cum S. Ephraem Syrus laborem omnium finem sibi jam immineret exitum, pro extrema voluntate serio cunctis praecipit, ne vestraliqua pretiosa corpus ejus terra mandarent: Quinimmo, inquit, si quis hoc pietatis erga me amore flagrat, is potius eam in egenos conferat. Interca vir quidam divites, opumque magnificentia illustris, vestem unam magnis exornatam fumpibus corpulculo ejus paraverat; sed intellecto B viri sanctissimi mandato propositum mutavit, statuitque tantumdem auripotius quam vestem pretiosam egenis pendere. Sed eum de die in diem opus differret, suamque voluntatem voto preponeret, acerbas protinus inobedientiae penas luit. A malo namque demone correptus, divina providentia ei traditus est ad disciplinam, cui patens, patrium contempnit mandatum. Intellexit ergo vir Dei, meritorium illud sanctum esse peccati. Quid a te, inquit, & homo, factum est, quod non oporteat, quod te in tantum protrusit periculum? Ille autem sceleris sui reatum pronuncians aperit inobedientiam, panditque cogitationum suarum fluctuationem. Divinus vero Ephraem misericordia motus, sola manuum impositione cum precatione conjuncta demonem expellit, hominemque promissum suum implere paratam liberum dimitit. Simeon Metaph. in vita ejus 1. Febr.

Lupovicus Campisampertus Patavinus nobilis pene impubes Paulum Doctum ob fratris eadem Patavi palam aggressus interemit. Quare exilio multatus, post aliquot annos in gratiam Mantuani principis, cui jam non amicus tantum, sed & affinis factus fuerat, a Senatu Veneto in patriam restitutus, & Romam post rediit, pro controversia dotis tractanda; atque ibi a facris circumventus interit, anno sal. 1521. Is liberis carens testamentum cavet, ut in sua hereditate, non nisi ex propria familia, doctor, qui peritor haberetur, succederet, & post hunc alter similiter doctor, & doctore deficiente, miles, vel civis ex ea familia magis honoratus. Bernard. Scard. lib. 3. dist. Pat.

CONSTANS Calaeis, & Cerris comes nobilissimus, Patavinus, circa an. sal. 1105. eum liberis careret, reliquit arces suas ei, qui prior obitum suum cum ingrederetur. Essentes forte fortuna primi ingressi, ex legato, & Cerris, & Calaeis facti sunt domini. Bern. Scard. lib. 3. dist. Pat.

FRANCISCUS GUERINUS Architectus Patavinus, uxori juvenulae, quam senex duxerat, testamento bona sua reliquit omnia ea lege, uti secundis nuptiis doctorem duceret, qui Guccrini cognomen assumeret cum omni posteritate. Sin vero sine liberis decederet, bona omnia monialibus B. Antonii Peregrini cederent. Bern. Scard. lib. 3. classe 15. dist. Pat.

Multa hinc transferre ex loco de Abione. Tit. Abiones. Contra dicitur iustus asserere. Ubi de Testamentis ratis. D. Testamenta iniqua rescindere. Vide suse loco eod. Tit. Abiones iniquas rescindere.

* TESTAMENTUM NULLUM CONDERE.

INTESTATUM DISCEDERE, &c.

Quid Juris, quoad successionem ab intestato?

Inestatus intelligitur, qui vel Testamentum non fecit, vel invalidum testatus est, juxta superiora. Si Laicus est, succedunt in bona illius, dummodo libera fuerint, defcendentes, puta filii, & filiae per capita, & portiones aequales; nepotes autem per stipitem representantes suum parentem. Sic ut pater defuncti etiam exheredat.

His deficientebus ascendentes succedunt, patre, & matre superfluo reliquos excludente.

Illis etiam defunctis, fratres ex utroque parente veniunt, & excludunt illos, qui tantum ex altero geniti.

Nullis existentibus fratribus, aut eorum filiis, ad collaterales devolvitur successio.

Transversalibus usque ad decimum gradum non existentibus conjux & eaque deficiente, Ficus succedit, videtur. A. B. themica de hereditibus ab intestato venientibus.

Quoad Clericos idem de consuetudine obtinet circa bona patrimonialia eorum, aut quae ex beneficio non obveniunt. Quoad mobilia tamen usus multarum Ecclesiarum habet, ut Clericis intestatis succedant in illa, quamvis etiam de Immo-bilibus idem statuat Concilium Lateranense, & hodie adhuc observetur Ultrajecti, ut collegia, quae ibi quibus succedant, ab intestato defunctis Clericis, quamvis eas praefendas nunc pro majori parte invaserint alterius generis, non in sortem Domini, sed saeculi vocati, Clerici. Prius tamen observatur in Belgio; atque hujusmodi spoliis, alii inter se partuntur, alii Ecclesiae usui applicant.

Mortuo nuper Maximiliano a Bergis Archiepiscopo Cameracensi, absque testamento, successit Ecclesia in mobilibus, & hoc servatur passim per Belgium, ut Capitula in supposito- rum suorum absque testamento motientium mobilia succedant. De Episcopo autem, an illi Clericis intestatis debent succedere, non perinde apud omnes convenit, & repugnat, cap. An. de off. ord. in 6. C. Cum in officio, de Testamento. omnia enim Ecclesiae relinquenda sunt.

Comites Flandriae olim semissem mobilium accipiebant a Clericis testatis, & intestatis. Quod onus remisit Robertus, Frisus Comes. Vide Marchantium lib. 1. de Flandria.

In concordatis inter Duces Brabantiae, & Comites Namurcenses anno 1541. Augusti, decretum, ut bona Clericorum bastardorum etiam in sacris constitutorum, nisi a Principe licentiam testandi, vel legitimacionem obtinuerint, immobilia ad Principem, mobilia partim ad eundem, & partim ad Episcopum devolvantur.

In Burgundia Principem Bastardis etiam quoad fructus beneficiorum pondum collectos succedere, judicatum in Senatu Dolano, ut ad illius decisiones scribit Grisel. Unde loci consuetudo hinc observanda. Illud interim attendendum, ut reddatur Casari, quod Casaris est, & quod Dei Deo. Perpetram enim, quae sunt ab Ecclesia profecta Fisco applicantur, cum Ecclesia jure ad fisci exclusionem in patrimonialibus, seu aliis acquisitis succedat.

Legatur de hoc argumento Franc. Zepherus Archiepiscopus, Anuerp. lib. 3. Juris Pontificii novi, cap. de Testam. n. 123.

* Testis. Testimonium.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

TESTIS, Graece *μαρτυρ*, & *μαρτυρία*, testimonium dicitur. Heb. *Edub*, a verbo *Hebit*, testimonium perhibuit, testificatus est, affirmavit. Testes antiquius superflites, vocabantur eo, quia supra causarum statum proferebant. Nunc parte nominis ablata, testes vocantur, de verb. sing. c. forum, S. Testes. Testis dicitur, quasi antestis, hoc est, antestans, vel, ut alii volunt, quasi tenens statum. In testibus sex sunt attendenda. Verus.

Aetas, Condicio, Sexus, Discretio, Fama, non enim *Et fortuna, Fides, in testibus ista requirantur.*

A testis venit Testator, & Testimonium, quae proprietate testium sunt. Frequens nomen apud omnes, ait D. Greg. Tolosanus in smag. Juris 148. c. 13. n. 1. testari pro testimonio dicere, vel mentem suam exponere, vel asserere, quae quis sentiat.

PATRIUM TESTIUM.

Testium alii sunt idonei, alii non idonei: & utriusque varias admittunt circumstantias, a quibus etiam appellationem suam sortiuntur. Idonei sine omni exceptione, majores dicuntur, contra quos nihil potest jure opponi, cum minus sit illis adhibenda fides, seu cur ad testimonium ferendum non sint admittendi. Ex idoneis autem quidam dicuntur assidui in. Tabul. id est, locupletis alii classici, qui testamentis adhibentur. Festus lib. de verb. significat. V. Classici.

Non idonei sunt, quibus aliquid opponi potest, vel ex natura rei, vel ex juris dispositione. Itaque videndum, qui a testando, five fidem faciendo de jure repellantur.

Primum in causis criminalibus, jure Canonico repellitur mulier, ob ingenii mutabilitatem, & sexus fragilitatem, cap. Forum 10. sub fine de verb. signif. Jure tamen civili admittitur in omni causa. Gomez cap. 12. num. 13.

II. Repellitur minor xx. annis, l. in testimonio. 20. §. de testibus in civilibus tamen admittitur masculus xv. & femina xii. annorum.

III. Ini-

III. Inimicus ejus contra quem testimonium profertur. Per tuas. 32. de simonia. debet tamen esse inimicitia gravis.

IV. Accendens, & descendens, immo & collaterales, & affines accusatoris. Gomez, nu. 15. nisi velint innocentiam Reiteri, & canque probare, si habet usus, teste Claro q. 24. num. 12.

V. Domestici ipsius productis.

VI. Infamis infamia juris, ut est omnis qui de crimine aliquo condemnatus est. Infamis factio etiam repellitur, admitti tamen potest in subsidium, si faliter veritas nequit cognosci. Clarus num. 13.

VII. Perjurus.

VIII. Socius criminis, nisi in criminibus exceptis, puta haerese, laesa majestatis, falsa moneta, maleficio, sodomia, furto famoso, aut aliis, quae sine socio non committuntur, ait Gomez.

IX. Persona vilis, & inops, nisi sit honesta. l. 3. §. 4. D. de Testib. Quibus tamen casibus Testes minus idonei admittendi, videtur apud Gomez supra. Lessium l. 2. de Justit. cap. 30.

NUMERUS QUATENUS REQUIRATUR?

In causis criminalibus quando per testes veritas inquiritur, requiruntur, & sufficient duo testes legitimi, fide digni, & omni exceptione majores, est omnium sententia, etiam jure gentium recepta, ac jure divino positivo. Deuter. 17. asserat, tibi Deus; In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur, l. cap. 19. In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum.

Nihilominus jure Canonico ad condemnandum Episcopum Cardinale, requiruntur LXXVII. ad presbyterum Card. LXIV. ad Diaconum Card. XXVII. ad reliquos Clericos VII. ut patet c. 3. Trinit. 2. q. 5. ex Sylvestro Papa. Clarus tamen dicit non esse hunc numerum in usu, & neque in praxi servari. quest. 66.

Ut autem duo testes plene probent, requirunt, ut deponant Jurati. c. Nuper. 51. de Testib. c. Tuis q. 39. eod. Tit.

Secundo, ut de eodem factore, alioqui essent testes singulares, unde debent convenire in tempo, loco, & delicti specie, Tertio, ut sensu externo perciperent delictum, aut rem quam probare contendunt. L. sola C. de testibus, unde si tantum adiverint, non probant, sed indicium faciunt ad inquirendum. Denique ut sint idonei, de quibus supra.

* DE TESTIMONIIS, ET TESTIBUS.

APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

SOCRATES, eos, qui multitudini imperite fidem habent, & ajebae perinde facere, ac si qui tetradrachmum unum continentem recideret, & acervum e similibus congestum probarent, reciperentque. Cuius non fideles fidi, ei nihilo magis fident, esse in turba simulum. Nec enim refert, quam multi sint: sed quam graves. Nummus adulterinus etiam in quamvis magno acervoadulterinus est. Hoc adversus turbam testium, & indocti vulgiteria. Eras. ex Laert. lib. 2. cap. 5.

Cum Silius testis lassisset Pisonem reum, cui Crassus aderat prolatore crimine, quod se in eum dixum audisset, dicebat: Potest fieri, si, inquit Crassus, ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit? Annuit Silius; Potest etiam, inquit, fieri, si tu non recte intellexeris. Cum id quoque toto capite annuisset Silus, ut se Crasso daret, subiecit Crassus: Potest etiam fieri, ut omnino, quod te audisse dicis, nunquam audieris. Hoc adeo praeter expectationem, ut Silium testem omnium rufus obrueret. Eras. m. 16. apoph.

Iner Nerone, & Thrasea graves intercedebant inimicitiae, verum cuidam multa criminosae iactanti de Thrasea, dicitur causam ab illo perperam esse judicaram, obstitit Nerone, exclamans: Utinam me tam Thrasea diligam quam est judex rectus, & aequus. Hostis hosti testimonium perhibuit de fama periclitanti, nullum autem gravius testimonium, quam inimici de inimico. Idem ibid.

M. TULLIUS pro Flacco, repudians, elevansque Gracorum testium fidem: verum tamen, inquit, hoc dico de toto genere Graecorum: tribus autem literas, & multarum artium disciplinam non ad imo leporem, ingenium acumen, dicendi copiam: deinde si quae sibi alia sunt, non repugnat. Testimonium, religionem, & fidem nunquam ista ratio oblit: totiusque hujusce rei, quae sit vis, quae auctoritas, quod pondus, ignorat.

Orator quidam cum hyperbolicis diceret, Uni testi non B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

esse credendum, adiecit, ne Catoni quidem. Eras. in Adagii. Est in aure ima memoriae locus, quem tangentes attestatur. Plin. l. 11. c. 45. Ubi Dalechampius, lego cum veteribus, & attestatur. Antestati testem vocare, prehensa, tritaque auriculari, cum adversarius, qui vadanti non paruit, in justitiam Negabat C. Jul. Caesar testis rogatus se quippiam comperit habere de caemoneis Bonae Deae, quae a Clodio polutae dicerentur. Tum is, qui in eam tem inquirebat; Cur ergo uxorem ejecisti? respondit, Domum meam non solum oportuit crimine carere, sed suspitione etiam criminis. Plus tacebis in Apoph.

* FALSORUM TESTIUM EXEMPLA SACRA, & FORUMQUE POENA.

Falsorum testimonium criminationibus Naboth lapidibus obruitur; ejusque vinea a rege Achab, & impia Jezabele rapitur; ipsi autem ignominiose trucidantur. 2. Reg. 21.

Falsi Testes Susannam adulterii insimulant, mendacii autem convicti lapidibus sunt obruti. Daniel. 3.

Principes Sacerdotum, & omne Concilium quaerebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent, & ipsi male perierunt. Matth. 26. Marc. 14. Joan. 18.

Milites accepta pecunia Jesum Christum, quem a morte resurgentem suis oculis conspexerant, a discipulis noctu clam sublatum per urbem proclamant. Matth. 28. Luc. 24.

Seniores, & Scribae contra Stephanum falsos testes submiserunt, quorum calumnias blasphemus convictum occiderunt. Act. 7.

HISTORICA.

Anno Domini 869. dum Constantinopoli celebraretur octava Synodus Oecumena, introduci sunt ego quidam falsi testes, qui susphone Photii, & compulsionem Michaelis Imperatoris contra Ignatium Patriarcham falsum dicerent testimonium. Quorum primus, qui adductus est, fuit Theodoros Prothopatharius; inde Leo Consul; qui eorum plena Synodo confessi sunt se falsa jurasse contra Patriarcham: ut jure deponi videretur: ubi poenitentiam a Legatis Sedis Apostolicae, & universa Synodo acceperunt, quae ab istem ita decreta sunt, ibidemque descripta verbis istis: Desimus & promulgamus, hos per septem annos Epitimum habere: esse illos duobus annis extra Ecclesiam, & aliis duobus intra Ecclesiam audire divinas Scripturas, usque ad Cathedram Petri non tamen ullo modo communicare, sed abstinere a carnibus, & vino quatuor annis praeter Dominicos dies, & Dominicas festivitates, & aliis tribus annis stare cum fidelibus, & meriti divinam communionem in solis Dominicis solemnitatibus cum Eleemosynis, orationibus, atque jeuniis, ita ut tribus diebus hebdomadae, secundae videlicet, quarta, & sexta feria abstinere a carnibus, & vino. Ex octava Synod. Oecum. Baron. tom. 10. ad an. 869. 43.

GREGORIUS Agrigentinus Episcopus a Sabino, & Crescentio falso accusatus coram Synodo Romana centum, & quinquaginta Patrum de stupro cum Eudocia puella, adductis et testibus, Psalmus a voce ingeminavit. Insurrexerunt in me testes iniqui; quae ignorabant obicerent mihi: mala mihi pro bonis rependebant. Statim igitur Puella a daemone correpta ad pedes ejus condidit; Gregorius satanam e puella egredi, & verum fateri jussit manu eam comprehensam erexit. Illa falsa est, se a Sabino, & Crescentio moneribus corruptam, Gregorium falso accusasse. Gregorius vero coram Synodo pro testibus quoque, & auctoribus intercessit, & pacem illis impetravit. Qua concessa statim tenebrae magnae oborta sunt: & auctorum alii utraque, alii altera gena nigri apparuerunt. Sabino vero, & Crescentio labia atro colore infecta sunt, qui nunquam postea elurpavit. Metaph. in vita ejus c. 50. apud Sur. 23. Novembris.

Id testatur Gratianus causa 2. q. 5. ex Eusebio Papa epist. 3. ad Episcopos Thulicis, in haec verba: Constitutus cum omnibus, qui nobiscum sunt, Episcopis, ut homicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti venefici, suspecti, criminosi, domesticci, perjuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu quaedam sortilegos, divinoque concurerunt, simileque eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames sunt, & juste repellendi, quia est sancta vox eorum.

Constantinus Magnus Imperator Faustam uxorem habuit. Haec Crispi privigni amore capta, eum ad libidinem cum sepius provocasset, renuentem detulit ad maritum, illum sibi vim inferre voluisse. Constantinus fidem adhibuit, ideoque Crispum

Qq

Crispium filium interfecit. Verum post aliquot annos com- A pta causa, in uxorem capite animadversit, teste Eutrop. l. 10. b. h. Rom. Eusebius lib. 6. b. h. cap. 7. refert tres Testes falso accusasse Nareissum Hierosolyma Episcopum de infami crimine: atque primus iuravit, ni verum esset ejus crimen, ut Deus eum igne perderet, secundus, ut morbo regio corripere, tertius, ut oculis orbaretur. Auduit Deus vindex, nam primus in do- mo nocte correpta incendio cum omni familia flammis ul- tricibus conflagravit. Secundus morbo regio a capite ad pedes correptus & absumptus est. Tertius hac videns, pœnitens & seclus confessus, tantis lachrymis illud dessevit, ut lumi- bus orbaretur.

Refert Majol. Tom. 2. Dier. Canicul. colloq. de Ludibrii For- tunc, concioni cuidam admodum nervosa, quam Religiosus adversus falsorum testium criminationes, & perjuri flagi- tium dicebat, interfuisse. Quendam illius criminis reum, qui neque auctoritate scripturæ sanctæ, neque exemplorum sup- plicis commotus, tantum abest ut de admisso scelere ponere- tur, ut etiam insultaret palam, quod dextera sua perferat, neque tamen illa minima sui parte brevior sinistra existeret.

B Audit Deus, & insulsum nebulonem tumore dextere affligit, sic, ut tandem a reliquo corpore avelli eam oporteret, Ex hinc in speculo infernali.

Plura ex Loco de Juramento, & Perjurio hic addenda.

POENA FALSORUM TESTIUM

APUD TURCAS. Ex Historia Turcica Joan. Antonii Menavini lib. 2. cap. 6. Si testimonio falsa deprehendantur, compertumque fuerit, testes vel ex gratia saluum proluisse, vel muneribus condu- ctos esse, ut veritas eorum testimonio violetur: Caldelescher falsos illos testes procius omni vestitu, præter interulum, spoliari jubet, eosque inversa facie mulo imponi, caudamque freni loco manus eorum inferi, scrotibusque pellibus, atque a carnificibus cadaveribus pecorum sunt detractæ, circumdari, quæ onerari. Quos ita amictos, affixa eis tabula, cui poenæ horum culpa, nempe quod falsum perhibuerint testimonium, grandioribus litteris inscripta est, per totam urbem circumducunt. Quæ poenâ licet atrox sit, longè tamen est atrocior, quam illos insequitur, infamia. Circumductis ita per urbis pla- teas, signata candenti ferro inuruntur in fronte, & utraque manu. Quod verò ori stigma non inurant, causa est, quod si- gura inde crucis appareat, quam propter Christianos abomi- nantur. Hac poenâ affectum pristino quidem statu vitæ suæ perdurant, sed infames, nec post hæc testimonii dicendi unquam ipsis sit potestas.

Textores.

Textoria Inventores. Quæve Mechanicarum artium ac- quisito, Eiusdem odium. Vide Tit. Odium Mechan. artium, in Lo- co de Mech. art. Certamina. In Loco de Mechan. art. Tit. Certamina artif. Mechan.

Thauri.

THAURI gens Scythica, Regibus extinctis gratissimos il- lorum amicos, & familiares unâ cum illis sepeliunt. Si vero amicus Regis interierit, pro illius merito, & dignitate. D Rex auriculam, vel totam, vel illius partem amputat, eique contumulari jubet. Herod. lib. 1. b. h. Stobæus de sepulch. 12.

Theamata.

Pote ex Loco Spectaculorum.

Theatrum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

THEATRUM est ædificium in speciem Semicycli constru- ctum, ad spectacula exhibenda opportunum. A thea- trum, hoc est a spectando ita appellatum. Hinc Virg. Sic alia Theatris. Fundamenta locant abis. Et Suetonius in Augusto. Per trina theatra virgine cadere, di-

cit, pro eo quod est, ter spectante populo, & tempore ludo- rum. Sumitur enim frequenter & pro spectaculo ipso, & pro spectantium multitudine. Cic. 3. de Orat. Si in his paululum offensum est tota theatra reclamant. Et utitur idem hac voce per translationem pro loco conspicuo, immo & publica alicuius rei notitia. Ita dicitur l. 12. ad Cornific. magno theatro spectata familiaritas, idest permultis cognita. Etiam hoc opus Theatri nomine indigitavimus, quod in eo velut communi spectaculo exhibetur, quidquid & humanæ vitæ rationem, normam, consilia, & desideria tuam appendenda, cum fugienda, necessarium, congruum, aut opportunum dignoscitur.

USUS ILLIUS.

* Theatrum fuisse Locum, ubi rei spectebantur, asserit Comestor in sua Scholastica historia. Arator vetero, & Beda ubi ludi, & spectacula habebantur, Hugo, & Carthusianus, ubi fieret utrumque: & spectaretur, & spectaretur, quod est de- dus unde Suetor. Quoad verò opinionem Comestoris, illam obtinere arbitrarur in illis fontibus, qui inermes vorandi bestiiis obiciebantur, quod erat supplicium vitium perorandi.

Amphitheatrum est duplex theatrum, sive orbiculare: F Theatrum semicirculare. In illo gladiatores, & fera exhibebantur: in hoc autem Comædiæ, & Tragediæ, cum ex altera parte spectatores, ex altera scæne essent histrio, Theatro- rum structuram, & partes. Scaliger. lib. 1. Poet. c. 21. enarrat Consule Locum Magnificientia in Theatris. De Theatris Ro- manis ut alii, sic quoque Alex. lib. 4. c. 25.

Majores nostri facere, quam dicere præclaris semper ex- istimarunt. Quare operum, gestarumque rerum exercitatio- nes prælatæ generibus meditationum. Idcirco roboris, atque celeritatis cum ederet spectacula, locum, in quo ea fierent, Theatrum potius a spectando, quam a disputatione ab audiendo nominarunt. Olim in diem, ac locum inditum convenientes, qui speciem formati: aut dexteritatis, aut pernicitatis edituri essent, in medio dati nominibus profitebantur. Circumfusa turba cum iudicibus ad spectandum, mox alia item affluente, commodè spectare non poterant, quod aliis alii objectu corporum conspectum adimebant. Idcirco ægeffis celsitudinem editorem locum sibi pulvillis auctis faciebant. Eam ob causam medius locus depressior fuit, ac propterea Cavea dictus. Igitur per initia stantes spectabant. Postea G subsellia sibi quisque cum ferret, hic etiam pro telo, dum pugnant de loco rem agebant. M. Messala & Cassio Coss. id primum videtur crevisse. Mox P. Scipione Nautica. Censore sublatu & apparatus, & mos, S. C. cautum, ne cui in urbe propiulve mille passuum subsellia posuisset, sedentive ludos spectare liceret. Primum omnium Thespis tanquam ambulatorium Theatrum commentus est: testis enim vehi- culis in ædicularum modum, in his fabulas egit, atque agen- das circumvexit. Postea est Athenis structum lapide, cum antea publicum fuisse: quo tempore inter eos quoque pro loco ad manus ventum est. Quare lex lata scitatur, ut de pu- blico arario viritum binos acciperent obolos, quibus locum sibi quisque compararet. Scul. lib. 1. Poetice. c. 21.

In fano Æsculapii apud Epidaurios theatrum est omnium operis dignitate præstantissimum. Nam que apud Romanos videntur, antecellunt illa quidem tam ornamentis, quam quod est Megalopoli apud Arcadas magnitudine. De arte verò, partium convenientia, ac pulchritudine, quis Polyete- rum audeat in certamen provocare? Polyetes enim ipse theo- trum ædificand præstitit, idemque rotundam ædem fecit. Pausanias in Corinthiacis.

In Ægina insula non longè ab occulto portu theatrum est, quod spectetur sanè dignum, magnitudine, ac reliquo opere par ei, quod est apud Epidaurios, unico confurgit latere, quo theatrum, quantum operis patitur convenientia, fulcit. Pausanias in Corinthiacis.

Vide Locum de Amphitheatro, & Tragedia.

Theologia. Theologi.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

THEOLOGIA vox Græca est: nam θεός Deus dicitur, λόγος sermo, oratio, studium. Quare theologia est sermo de Deo, vel divinis.

Theologia vocabulum apud Græcos Patres, interdum minus late patet, quam apud Latinos, qui homines

DE VETERUM ETHNICORUM THEOLOGIA.

Quam Philosophiam divinam, & Metaphysicam vocabant.

QUI IN EA EXCELLUERINT. METAPHISICI PHILOSOPHI DIVINI.

Metaphysicos eos vocamus, qui ea, que sub hominis solam rationem cadunt, nec intelligentia tantum (ut Mathematica) sed etiam visiva materia separata sunt, cognoscere student. Quæ cognitio cum omnium humanarum artium, & disciplinarum supra sit, ac veluti fons, & scaturigo ve- liquarum (ut pote ex qua inferiorum certitudo, & demon- stratio petatur) hæc ἕρῶν Sapiencie nomen sibi vindica- vit: hæc quoniam de purè abstractis agit, etiam Theologia. Ceterum quia ordine cogitationis omnium postrema est, pas- sim Metaphysica dicitur, quod non nisi per τὰ πρῶτα φυσικὰ ἀναγκαστικῶς γινώσκων, discenda sit: ut priores illæ scientiæ sint veluti imitationes quædam, hæc verò perfecta conti- neat mysteria. Veteres hoc philosophiæ genus inter verè acroamaticas disciplinas connumerabant, ut vel nibi de eo scriberent, sed auditoribus tantum ore tenus communi- carent: vel si aliquid scriberent, ita tamen obscure, ut ab illis solis, qui aptissimi, & ἄλλοις ἄνευ εἰσαγωγῆς essent, intelligen- retur. Porro inter Metaphysicos differentia eadem est, quæ etiam inter Physicos: nempe quod alii res ipsas nudas, quam- vis obscure, docent, ut Aristoteles, & Theophrastus: alii fa- bularum involucri velatas proponunt, deorumque nomi- na illis prætexunt, eam ob rem Theologi olim vocati.

PURI METAPHISICI.

Item superstitiosos Ethnicorum Theologi. Vide in loco de Metaphysica.

THEOLOGIA ETHNICORUM INVENTORES.

Ethnicæ superstitionis, & idololatriæ auctores suo loco injustiæ religiose enarrabuntur. Hæc inventionis Divini cultus, licet falsæ, habetur ratio: illic verò ut iniquus, & impius reus damnatur.

Orpheus primus Bacchi sacra in Græciam introduxit, pri- musque in monte Boeotiæ Thebis, ubi Liber pater natus est, sacra Orphica, in quibus ipse postea fuit laceratus, instituit: ut G ait Lact. de falsa Relig. Hic multa humane, politicæque vitæ utilia invenit, ut ait Paus. in Boor. nam & deorum initia, & universam Theologiam aperuit, & nefariorum facinorum ex- piationes excogitavit, & quibus ritibus irarum deorum mentes placarentur tradidit, & multa morborum remedia adinvenit, ut ipse de seipso testatur in Argonaut. Nat. Comes Mythol. lib. 7. cap. 14.

Ægyptii primi extiterunt, qui dicentes, animam hominis esse immortalem, que de mortuo corpore subinde in aliud, atque aliud corpus, ut quoque gigneretur, immigraret: atque ubi per omnia se circumtulisset, terrestri marina, volucris, rursus in aliquod genitum hominis corpus introiret. Atque nunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia. Hanc rationem Pythagorei pro sua usurpaverunt, ab Ægyptiis de- sumptam. Herod. lib. 2.

ZAMOLXIS, Thracum rex, primus immortalitatem suis persuasit. Ex ejus schola medica prodire discipuli, Zamolxi- dis medici appellati, qui homines ἀθανάτωσαν, hoc est, im- mortales reddere dicebantur, quod eos spe immortalis vitæ ad dura omnia, & vel ad mortem ipsam, si opus esset, perferen- dam animarent. Plato.

CYRENAICUS Hegefiæ de Morte, à malis nos abducente, non à bonis, ita copiosè disputavit, ut is à rege Ptolemæo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quod multi, his auditis, mortem sibi ipsi commiserent. Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, cum nihil ei accidisset adversi, è muro fe in mare abjecisse, lecto Platonis libro. Cic. lib. 1. Tuscul. quest.

MAGIÆ.

Dæmoniorum, qui humana corpora obsidebant, & morbis affligebant, exorcismi inventio, Salomoni divino sapientia antistiti accepta refertur. Deus enim ei præstitit virtutem, & artem contra Dæmones ad utilitatem hominum, qua eorum morbos mitigaret. Josephus lib. Antiq. 8. cap. 2.

ZOROASTRES Bactrianorum rex (contra quem primus Assyriorum rex Ninus bella suscepit) primus omnium dicitur

in litterarum sacrarum studio versantes Theologia operam dare dicunt, & Theologos appellant, qui earum scientiam ac profiterentur. Apud Græcos autem ferè omnes dæ- mones dicuntur, qui Christi, sive de Deo, ejusque mysteriis doctrinam vel sermone, vel scripto persequuntur: & Theo- logi, qui in hujusmodi argumento studium, atque operam ponunt. Sic D. Joannes inter Evangelistas nomen Theologi est affectus, quod instar aquilæ ad Christi divinitatem, & est ipsius incarnationem indagandam cæteris altius evolarit. Sic ipse Nazianzenus ob ejusdem argumenti tractatio- nem, cognomen Theologi obtinuit. Quin ille ipse orationes suas de SS. Trinitate Theologicas appellavit. Ceterum quan- do de Christi humanitate agebant, verari se dicebant vete- res in Oeconomia, quam tamen Oeconomiam Eusebius, & Nazianzenus duplicem faciunt: unam quidem, quæ refertur ad providentiam illam, qua Deus ante humanitatem assump- tam salutem nostræ consuluit: alteram earum rerum, quas nostri causa pertrahit, & egit in corpore.

Theologos vocabat Aristoteles, & cæteri Græci eos, qui in sublimibus rebus explicandis versabantur, unde & Meta- physicam suam appellarunt Theologiam, sive divinam cog- nitionem.

* THEOLOGIAE DIVISIONES.

Theologiam universam pro varietate eorum, qui illam in- vestigarunt, & illustrare conati sunt, variè etiam dividunt Scriptores. Imprimis statuunt aliam incretam, quæ Deus se- ipsum comprehendit: aliam creatam, quæ Deum cognoscunt Angeli, vel homines. Et hæc iterum duplex. Naturalis una, quæ est de Deo ut auctore naturæ: ejusque proprietatibus, ac didicit duntaxat de iisdem, ex prin cipis, quæ lumine natura- li cognoscuntur, hanc gentiliū plerique sibi vindicantur, verum erroribus, iisque crassissimis refertam, cum Deum doc- cent corporem, animam mundi, Deos quosdam juniores, & minores animas corpori præexistisse, quodam esse æter- num, animas in corpora transmigraire, Deum contingentium futurorum notitiam non habere, & plura his affinia, quæ ex Platonis, Aristotelis, & aliorum scriptis erunt: Altera est Theologia supernaturalis, quæ cæteris lignior, hujus nomi- nis dignitatem sibi jure vindicat, eaque ex principiis divinitus revelatis procedit.

Secundæ modis procedendi, ejusque methodis non semper est eadem, hic factum, ut aliam dixerint Theologiam politi- cam, aliam Scholasticam. Politivam vocamus, quæ sicca, quæ ad sacram doctrinam pertinent, traduntur, ut demonstratur, ubinam in facris litteris, Ecclesiasticis traditionibus, Conci- liorum decretis, Patrum definitionibus continetur, prius quam rationibus firmetur.

Scholastica Theologia est: quæ utitur methodo scholis ac- commodata: universam scilicet de Deo scientiam in ordinem redigens, & rationibus, ac argumentis confirmans. Quæ ta- men non est alia à priore, sed ratione duntaxat diversa, me- thodologie tractandi.

Rursus Theologia alia est mystica, alia Symbolica, & hanc divisionem insinuat Dionysius peculiari libro, quem inscriptis de mystica Theologia, ubi illam vocat, quæ ad ipsum su- per substantialiale occultum, & Dei caliginem, sine symbolis, creata omnia negatione transcendendo, pervadit: Symbolica autem erit, quæ Deo in scriptura ad verba nostra descendente, sensibilibus nobis illius figuris obicit, quæ priore latior est, magisque extensa, eaque de causa dicere solum ferunt San- ctum Bartholomæum, Theologiam & plurimum esse, & mi- nimam Evangeliumque & latum, & concisum: mysticæ scilicet, & ascendendo concisum; & symbolicæ, & descendendo amplum, & latum.

Denique Theologia est Theorica, quæ ea tradit, quæ à nobis fieri nequeunt, sed tantum cognosci, ut sunt Deus, Angeli anime immortales, Cali &c. Alia est Practica, quam etiam Moralem vocant: eorum scilicet, quæ à nobis sunt, ut sunt officia iustitiæ Christianæ, Decalogus, &c. Sumitur itaque ea divisiō ratione materiz, quam tractat Theologia. Siquidem duo rerum genera Deus nobis revelavit ad salutem: alterum earum, quæ credenda: alterum earum, quæ agenda sunt.

Ceterum veteres illi Genitum triplicem agnoverunt Theolo- giam, sive triplex illius genus, unum ἡθροῦν, sive ἡθροῦν ποίη- σις, attribuitur. Alterum φυσικόν, quod magis mysticum erat, & à Philosophis susceperunt. Tertium πρῶτον, quod legibus sanc- tum, & in quo continebantur Oracula, & Respona. Varro in l. rer. divin. apud S. August. Vide Tit. sequenti.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

artes magicas invenisse, mundi principia, siderumque motus A diligenter spectasse. Justin. lib. 1. Plin. lib. 30. cap. 1. Orosius lib. 1. c. 4. Eusebius 1. 10. de prep. Evang. tempore Abraham. Alii Magia inventionem Atracoidem in Thracia tribuunt.

DIVINATIONIS CUIUSLIBET.

Nonnulli voluerunt, Vulcanum peritissimum fuisse illius divinationis, quae fit per ignem, quae pyromantia à Græcis nominatur: sicuti Nereus habuit et inventor hydromantiae, hoc est, divinationis per aquam. Natalis Comes Mystologia lib. 2. cap. 6.

Non solum inventionem ignis Prometheo tribuunt, verum etiam Medicinæ, pharmacorumque mitiones, in primis veteres leges divinationum, & fœniorum interpretationes. Primus fertur observasse avium volatus, & garritus, & quid significarent. Invenit idem extorum observationes, & colores, & situs, & quibus victimis, & quo ritu mactatis diis singullatentur. Fulgura, & signa de celo notavit. Aeschylus. Auguria ex avibus Car, à quo Caria: ex animalibus Orpheus: Auspicia avium Tiresias Thebanus. Plin. lib. 7. c. 56.

Parnassus, Neptuni, & Cleodora nymphæ F. Delphorum veterem urbem condidit, quæ diluvio Deucalione perit. Ab eo Parnassus mons nomen obtinuit. Fertur ille prædictionem ex avium volatu invenisse. Pauf. in Pboe.

Aurifices cor in extanspicere ceperunt Romæ primum cxxii. Olymp. L. Posthumio Albino rege sacrorum, cum rex Pyrrhus ex Italia discessisset. Plinius lib. 11. cap. 31.

Somniorum interpretationem, auctore Plinio in septimo, Amphiction primus docuit, quod Trogus Josepho Jacobi filio attribuit, quem omnino peritissimè somnia esse interpretatum Josephus in secundo Antiquitatum affirmat. Clemens verò Talmislinis assignat. Polyd. 1. 1. c. ult. de Rev. invent.

Ab Ægyptis plura prodigia reperta sunt, quam à cæteris omnibus hominibus. Nam cum prodigium extitit, scribunt id, observantes quomodo evenit. Et si quando postmodum hujusmodi extiterit, exemplo prioris putant eventurum. Herod. lib. 2.

Aranti cuidam in agro Tarquinesi, & sulcum altius impimentis, subito terra extitit quidam, qui Tages appellatus, facie quidem puerili, sed senili prudentia, à quo universa Hætruria artipicium edocta est, quæ ab ara, & inspicendo sibi nomen vindicavit. Cic. lib. 2. de Divinat. Sed Plin. lib. 7. aruspici inventionem cuidam Delpho tribuit, sicuti significat A mphiaro.

MAGIE DOCTORES.

Consule Tit. Magorum, quatenus propagationem sua impietatis, docendo alios, tentant.

SALOMONIS Clavicula mentionem videtur facere. Nictetas, lib. 4. librum Salomonium appellans. Quem cum Aaron magus apud Manuelem Commenum Imp. legeret, legiones dæmonum adducebat, subinde interrogantium, cur accessit essent, ac iusta alacriter exequentium.

ZOROASTRES res Bactrianorum fuit magicarum artium institutor, quem Hermodotus Platonius præcessisse ait Troicum bellum annis quinque millibus. Idem Hermippus, & insuper eum ab Agnace institutum tradit, scripsisseque vices centum millia versuum. Certioribus auctorum scriptis traditur, eum temporibus visisse Nini Assyrii, à quo victus, & regno pulsus est, institutor magicæ artis, qui codem, quo natus est, die natus, cerebrumque ita ei palpitavit, ut impossitam repelleret manum, futuræ præfatio scientiæ, ut dicit Plinius. Vigniti annis in deserto casco vixit ita temperato, ut vetustatem non sentiret. Lud. Vivus in lib. 21. Augusti de Civ. Dei, cap. 14.

ANTISTHENES Atheniensis Socratis discipulus, & præceptor Diogenis, scripsit de Arte magica libros, teste Politerano lib. 3. cap. 3. Anibrop.

Pro æorum interpres sedem haud procul ab Upsalia apud Svecos cepit, ubi veterem litationis morem mutavit, & humanas hostias mactare docuit. Saxo lib. 3.

MARCUM quemdam in Cheronese Græciæ contermino fuisse patant, qui genus suum in Melin fluvium referebat, solitudinis amator, & dæmonum cultor eximius, qui de illorum natura plene profectus, aliis etiam est impartitus. Cælius lib. 2. cap. 6. A. L. ex P. fello.

AVICENNA de Magia, quam vocant occultam philosophiam, commentarios scripsit. Soranus in ejus vita.

DIVINATIONIS DOCTORES.

ARTEMIDORUS Philosphus Ephesus, sive Daldianus E (est autem Daldis urbs Lydiæ) scripsit Onirocritica, de somniorum interpretatione: item de auguriis, & manuum inspectione. Suidas.

XENOCRATES, non Carthagenensis ille Platonis auditor, sed alius quidam, scripsit domestica auguria, oi xonokratia Polissidæ, quæ inter eundem eveniunt. Helenus xonokratia Pollidonius xonokratia, ex corporis motu quocunque. Suidas.

HYLAS Græcus de Auguriis scitissimè scripsit. Plinius lib. 10. cap. 16.

Q. Metellus, qui Pontifex maximus fuit, aliaque prudens habitus, & in rep. versatus, post mensem Sextilem, qui nunc Augustus dicitur, vetuit auspicari: quoniam avibus utendum est vigentibus, & vegetis, eujusmodi sunt ante æstatem. Circa autem autumnum alia infirma, & affecta sunt, alia pulli, & impetfecta, alia semel evanida propter anni tempus aliud demigrant. Plut. in quaestionibus Regi.

DE VERA SACRA THEOLOGIA.

AC PRIMUM, ILLIUS IN HAC Vita Necessitas.

S. THOMAS initio summæ suæ Theologiæ, definit præter scientias Philosophicas, secundum potentiam Dei ordinariam, esse necessariam hominibus scientiam revelatam, tum ad cognoscendum ea, quæ sunt fidei simpliciter, & absque revelatione divina cognosci nequeunt: ut sunt Deum esse finem hominis supernaturalem, esse trinum, incarnatum, sub speciebus visibilibus in Eucharistia, &c. tum ad indagandum illa, quæ quidem lumine naturali de Deo fieri possunt, sed non absque labore, & serutinio, idque non nisi à paucis. Obinet enim semper illud Pauli, Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirantibus se remuneratore est. Ad Hebræos 11.

Cæterum doctrina sacra, quæ ex principiis immediate revelatis educit conclusiones, ipsaque principia explicat, necessaria est, non quidem singulis, sed Ecclésiæ, in qua sunt constituti Doctores, & Pastores, ad adificationem corporis Christi. ad Ephef. 4. & ita tenet Aug. lib. 4. de Trinit. c. 1. & S. Tom. 1. part. 1. art. 1.

* DIGNITAS.

UBI ETIAM DE OBJECTO. Theologiam reliquis scientiis præferre, constat ex illius objecto formali, quod est Deus quæ Deus, nec alius est finis nostræ Theologiæ, quam cognitio ipsius Dei, & eorum, quæ illi attribuantur, per lumen revelationis: cum Sancti in celo eum cognoscant per lumen beatificæ visionis, hoc enim est, quod dicit Apostolus, & nos hic videre per speculum in ænigmate, id est, Deum, & divina cognoscere, sive per creaturas, sive per phantasmata, sive per mysteria humanitatis Christi, ejusque Sacramenta: idque per obscuram cognitionem, & phantasmata: tunc autem facie ad faciem, id est, clarè, omnique velamine amoto, quomodo scribitur Moyse locutus ad Deum, sicut solet homo loqui ad proximum suum. Exod. cap. 33.

Reliquæ autem scientiæ, quamvis considerent Deum earundem alique, non tamen eum considerant aliter quam ut est auctor nature: unde constat, Theologiam reliquis speculativis scientiis præferre, quæ Deum proponit etiam ut auctorem supernaturalem: Præctis quoque præstat, ut cuius H ut talis, finis est beatitudo æterna, quæ ad nullius alterius præctice finem ordinatur, sed omnium aliarum fines ad hanc ordinari debent.

Sumitur deinde ejus dignitas à certitudine, nititur enim infallibilitate Dei revelantis, cujus auctoritas tota est ratio assentiendi, quam in naturalibus scientiis adfert lumen naturale intellectus, & evidentiæ principiorum, quæ longè inferiora sunt auctoritate infallibili divina: videtur S. Thomas art. 5. supra. Denique hoc Theologiæ debetur, ut præ reliquis scientiis nominetur, & verè sit sapientiæ, ut quæ consideret Deum lumine supernaturali, quod & certius est, & generalius: ut causam omnium rerum efficientem, exemplarem, & finalem. De quo iterum videtur S. Thomas supra, art. 6.

* DE THEOLOGIA SCHOLASTICA.

Scholasticam Theologiam definiunt, quod fit divinarum rerum scientia, quatenus à Deo revelatur, ex fide collecta, gignens cognitionem non evidentem, sed certam, licet obscuram, quæ ideo scholastica dicitur, quod certa Methodo

thodo in scholis usitata tractetur, quomodo Cicero dixit hominem de Schola, l. 1. de oratore, qui optime fuisse eruditus à magistro.

* EJUS NECESSITAS.

Non una necessitas fuit, cur Theologia Scholastica tradereur, præcipue illa, quam Magister Sententiarum in proemio tradit ex Augustino; quæ scilicet, quemadmodum fides Catholica optuletur, & adversus impios defendatur. Scitum est enim illud, Theologi esse fideles, docere doctrinam sanam, & eos, qui sanam non habent, redarguere.

Altera est, divinarum Scripturarum difficultates enotare, quas Deus teste Aug. ad Polulian. epist. 3. tres ob causas potissimum voluit esse signatas, & clausas. Primò ad fastidium declinandum, quæ enim obvia, apertaque sunt, contemimus; ac opera, & recondita cupimus. Sicut autem Deus plerumque in divinis literis in aperitissimis luce posuit, ut inde pasceremur, & famem pelleremus, ita utilissimis obscuritatibus plura involvit, ut insigne ulla fatietate, ingenii solertiam exerceremus. Deinde, ut ad liquidiorum veritatis notitiam obscuritas adduceret, dum se verissime, quod obscurum esset, explicaret; atque occasione propostam difficultatem inquirendi, aliarum quoque rerum, quas non quærebatur, veritatem assequeretur. Denique ad comprimendam humani ingenii temeritatem, eujusque superbiæ laborem domandam: ut dum tumens, ac turgens hominis animus abstrusos divinarum literarum recessus penetrare se posse præsumit, demum desperans cogatur una cum Æthiopiello Eunucho exclamare, A. 8. c. 8. Quomodo possem hæc intelligere, nisi aliquis ostenderet mihi? Quæ cum ita sint, illi qui minus necessariam esse putant Theologiam Scholasticam: tum se denique errasse sentiunt, cum eos aut disputatio cum hæreticis, aut perplexus aliquis conscientie casus exercet. Hæcenus Augustinus.

Accedunt reliquæ difficultates, quæ licet cum positiva Theologia sint communes, sed à Scholasticam tamen propius attingunt. Nimirum ut divina res illa penitus agnoscerentur, ac defenderentur, quæ magistra natura nunquam percipi possunt; eujusmodi sunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, Resurrectionis, & alia. Ut item finis supernaturalis hominis intelligeretur, in quo vita Beata hominum est posita. Deinde ut via constaret, qua ad illam sit perveniendum. Denique, ut quod assequi, aut intelligere homines Ethnici; vel hæretici quidem nequiverunt, nempe vitiatæ nature morbum, id jam pateret. Quod sanè cum Philosophos latuisset, fecit, ut neque confugerent ad divinam opem querendam; & verò nihil minus quam virtutem perfectam, & solidam adipserentur, qui humanæ industriæ effici posse falso putarunt. Certe quod spectat ad Deum noscendum, ut in sum supernaturalem, nec illum noscere naturaliter quantum oportet, nec naturaliter aut efficaciter appetere (atenus enim aliquid appetimus, quatenus cognoscimus) nec virtutis naturæ nostræ consequi possumus: cum verò ista fide cognosci possint, Theologia Scholastica ea tuetur, & dilucidat.

* ORIGO, ET PROGRESSUS THEOLOGIE ANTE CHRISTUM NATUM.

Quamvis Patres plerique omnes, ac præcipue Theodor. 1. 3. de curatione affectionum Græcarum, ostendat, Theologiam unà cum primis ortam fuisse parentibus, indeque ad posteros deductam, & nonnullis ritibus, ac quasi luminibus illustratam. Gilbertus tamen Cenebrardus, ejusdem originem, ac progressum per singulas ætates planissime monstrat. Inerat videlicet iis restum divinarum (quatenus humana condicio patiebatur) perfecta cognitio, quæ duravit quoadiu homines haud peccarunt, ut ea quasi infantia fuerit, & innocentia Theologiæ.

Deo vero usque ad confusionem linguarum, bis mille annis licet ob ignorantiam valde obscuraretur, falsis tamen de Deo opinionibus depravata non est: dum enim una fuit omnium hominum lingua, nulla fuit idololatria: ac deinceps usque ad exitum Abrahami ex Mesopotamia (quamvis brevissimo spatio, nempe annorum triginta, vel quadraginta) valde exereverit idololatria. Quare Theologia deluit usque ad Moysen, per quem iterum cepit Religio; & rerum divinarum scientia reviviscere.

Ac tamen à magistro ipso Abrahamo orbis terræ pars major, si non omnino, aliquam tamen Theologiæ, & religionis Judaicæ partem suscepit. Hinc enim factum B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

est, ut tam multæ gentes amplexæ sint circumcissionem. Quæ res vetustissimis auctoribus dedit occasionem disputandi contra Græcos de religione, sumpto hinc argumento ad probandum Theologiam Judæorum esse omnium antiquissimam. Quæ item causa fuit, cur Ægyptii, & Chaldaei inter omnes gentes, quoniam edocti fuerant ab Abrahamo, maximi Theologi habiti fuerint; eorumque Theologia scripta ad nos pervenerint, nempe Trismegisti, Jamblici, & Berosi, quamquam quid de his sentiendum sit, alibi dicitur.

A Moysè igitur usque ad Roboam, & Jeroboam annis sexcentis, Judæorum Theologia maxime floruit: quippe quæ tum primò litteris fuit consignata (quamvis ante, ut scribit Josephus, Seth, duas illas crexerit columnas, in quibus sapientiam, quæ circa opera cælestia versaretur, incidit) tumque constituti sunt Sacerdotes, Scribæ, & Legisperiti, qui Theologiam omnes profiterentur.

Sanè eo ipso tempore ingens fuit celeberrimorum Prophetarum numerus, sacramentaque, & ceremoniæ sunt instituta, quibus religio, & divina ipsa scientia usque ad præsentium tempus conservabantur. Secuta est ætas à Roboam usque ad finem exilii Babylonici annorum 530. quo tempore vera religio jacuit penè inter mortua, tum ob regni Davidici divisionem, quam divisio quoque religionis secuta est, tum quia Jeroboam confatis duobus viculis aureis, decem tribus in Idololatriam compulsi, prætorque Sacerdotes, & Prophetas constituit. Erant item continenter bella inter duos reges Judæ, & Israël, quæ faciebant, ut litterarum studia flecterent: res nimirum eo devenerant, ut aliquando unus insignis, ac celebris esset Elias Propheta, qui veram Theologiam tenuerit, cum quadringenti falsam profiterentur.

MICHEAS non ita multo post inventus est, qui verax, complures autem, qui Pseudoprophetae essent. Ac in ipsa Judæ Ecclesia, ubi tum religio vera colebatur, ne unus quidem aliquando extitit liber legis. Nam & Josias singulari divino beneficio tribuit, quod quandam librum legis Helchias sacerdos nescio, qui in Templi angulo compererat.

Et verò ad finem exilii Babylonici Judæi, non tantum religionis, verum etiam lingua Hebrææ oblitæ erant, uti Eldras scriptum reliquit. Exilio autem Babylonico finito usque ad Christum, cepit doctrina divina paululum iterum reviviscere. Sed progrediente tempore, atque quodammodo adstante Christo, cepit rursus Theologia Judæorum obscurari, multas ob sectas, quæ tunc ortæ sunt, Samaritanorum, & Judæorum, de quibus ait Epiphanius initio Panarii.

* POST CHRISTUM NATUM.

At ubi venit plenitudo temporis, plenitudo etiam Theologiæ advenit, quæ non tam aucta, quam facta est. Cum enim Christus Dominus, quæ obscuræ fuerant Judæis tradita, explicasset, regere ita exhibita, interpretatus Prophetas, nova præcis abolitis instituisse Sacramenta, & Sacrificia, mandataque renovasset, quibus & consilia adjevit: plenissimam sanè lucem attulit, quæ non solum à Judæa, verum etiam à Gentibus errorum tenebras dispelleret.

Ac tamen Satanas copias tunc suas in fluxit ardentius, quibus Ecclesiam, Theologiamque oppugnaret, excitatis Cerintho, Ebione, Basilide, Carpocrate, Valentino, Marcione, atque aliis: Verum enim verò Dei sapientia post Apostolos dimisit alios, qui eo magis subtiliter, ac simul eminenter res divinas exponerent: quod primum legibus fecisse Hierotheum, & Dionysium Areopagitam, deinde Pantenum, qui scholam Theologiæ aperuit Alexandriæ, ubi & Clementem Alexandrinum Theologiæ locos, & Dialecticorum artem disputatibus distinctè pertractasse, ex Ecclesiastica Historia ab Hieronymo accepimus.

Ut verò ipsa Christi Ecclesia imitata in hac palestra caput suum, atate, sapientia, pugandi arte, progressus faciebat ingentes, sic post priora illa secula usque ad annum à nato domino sexcentisimum, cum Arianorum funesta pestis in orbe Christiano grassaretur, exiit sunt divinitus viri Theologi præstantissimi, qui Theologiam in aciem adhuc apertiorē educerent, Athanasius, Hosius, Paeianus, Basilus, Epiphanius, Cyrillus, Hierosolymitanus, & Alexandrinus, Theodoretus, Gregorius, Nazianzenus, & Nyssenus, Chryfostomus, Ambrosius, Hieronymus, Hilarius, Augustinus in Dialecticis versatus egregiè, Gregorius Magnus, Leo, Leander, Ildorus, Prosper, Fulgentius, Cassiodorus, & alii. At qui usque ad septimi seculi finem post Christum, ob varias rerumurbationem

rebus, quibus Deus Christiano precipue decrevit ad ultimum finem adducere, ubi de Christo agitur, & de sacramentis. Neque enim Theologo satis esse ait Canus, quae Deo absolute conveniunt, ea facultatis suae viribus, virtutibusque tribuere; nisi etiam illa vindictae, quae Deo quasi accidunt in ordine ad Creaturas; Dei enim actionem ex omni parte rimatur. De his, inquam, cum esset Maldonatus, adiecit tractationes is de rebus, & quibus Theologia percipi planius possit, nimirum ex re subiecta: Ex principiis; Ex argumentis: Ex finitione scientiae: Ex ratione, qua agit de re subiecta: deinceps autem in ipsam Theologiam ingressus, Patres, ac Synodos adhibuit ad confutandas haereses, quae tum potissimum vigeant.

Porro Robertus Bellarminus S. R. E. Presbyter Cardinalis, multum se cause Ecclesiae adversus haesum antiquas novitates profuturum existimavit, prout etiam profuit vel maxime; si omnia, quae hodie controversa in negotio Religionis inter ipsos & Catholicos, in formam disputationum scholasticarum redacta, tanquam communem fidei causam acturus, in unum velut corpus concinnaret, & in lucem proferret, ut ita velut ex uno Promptuario facili sumptu, & labore arma desumi possent ad quoscunque haereses, & errores in doctrina sana convellendos, ac veritatis Catholicae partes pro vitili, solide, & ex Scriptura, SS. Patrum, Conciliorum, ac Rationis ipsius auctoritate tuendas, & asserendas.

Igitur universa Theologiae Controversiae hoc tempore rationem quatuor tomis complexus est. Quorum primus proponit controversias generales tres I. De verbo Dei scripto, & tradito, II. De Christo Ecclesiae totius capite, III. De Pontifice capite militantis Ecclesiae. Quae tamen generales variis libris expenduntur. Equidem primam in quatuor libris pariter, quorum primo scribit de libris sacris, & apocryphis, II. De editionibus Hebraica, Chaldaica, Graeca, Latina Vulgaribus, III. De Interpretatione, veroque Scripturae sententia, IV. De verbo Dei non scripto, sive de Traditionibus.

Secunda controversia generalis, quae de Christo capite est, in quinque libris distinguitur. Primus est de divinitate Christi, II. De personali distinctione a Patre, & Spiritu S. ac professione Spiritus S. a Filio, III. De anima Christi, & descensu ad inferos, IV. De veritate, & maiestate carnis Christi, V. De officio, & merito Mediatoris.

Tertia controversia generalis sunt libri quinque. I. De Primatu S. Petri in Ecclesia militante. II. De successione Romani Pontificis in eo primatu. III. De Antichristo, quod nihil commune habeat cum Romano Pontifice. IV. De potestate Romani Pontificis in causis spiritualibus. V. De temporali dominio, & potestate eiusdem Pontificis. Huic tertiae controversiae generali accedunt libri tres de translatione Imperii Romani. I. Romanum imperium a Graecis ad Francos, summi Pontificis auctoritate translatis. II. Romanum Imperium a familia Caroli Magni, & gente Francorum, ad familiam Othonum, & gentem Saxonum, summi Pontificis auctoritate transfisse. III. Septem Electores Imperii a summo Pontifice Gregorio V. potissimum institutos.

Secundus Tomus proponit controversias generales IV. I. De Ecclesia militante, tum in Concilio congregata, tum ipsa facta toto orbe terrarum. II. De membris Ecclesiae militantis, Clericis, Monachis, Laicis. III. De Ecclesia, quae est in Purgatorio. IV. De Ecclesia, quae triumphat in caelis. Quae singulae iterum varios libros complectuntur.

Prima quidem Controversia generalis, quae de Concilio, & Ecclesia, continet libros IV. I. Agit de natura, & causis Concilii, II. De potestate Catholicorum, III. De Ecclesiae natura, & proprietatibus, IV. De notis verae Ecclesiae.

Secunda controversia generalis continet libros tres, I. De Clericis, & Sacerdotibus, II. De Monachis, & Religiosis caeteris. III. De Laicis, ac potissimum de Magistratu politico.

Tertia Controversia generalis duobus libris absolvitur. Liber I. agit de Purgatorio, an sit, II. De loco, tempore, penis, & aliis, quae ad Purgatorium attinent.

Quarta generalis Controversia habet libros III. Quorum I. De Beatitudine & cultu Sanctorum, II. De eorum reliquiis, & imaginibus, III. De Basilicis, festis diebus, aliisque rebus, quibus Sanctorum memoria a mortalibus colitur.

Tercio Tomo verò tradit Controversias generales quinque. I. Agit de sacramentis in genere, & eamque explicat duobus libris, II. De Baptismo & Confirmatione, quae iterum aliis duobus

absolvit, III. De Eucharistia, & SS. Missae sacrificio, quibus explicandis libros alios sex conscripsit, IV. De Penitentia, & Indulgentiis, quae libris idem sex expeditur, V. De reliquis sacramentis, quae tribus insuper libris absolvuntur.

Tomus quartus tres habet controversias generales, I. De gratia generi humano in primo parente collata, II. De amissione gratiae & flatu peccati, III. De reparatione gratiae, per Jesum Christum dominum nostrum.

Prima controversia generalis, quae de gratia primi hominis, libro unico absolvitur.

Secunda controversia generalis continet libros sex, I. De definitione, & partitione peccati, ubi etiam de peccato mortali, & veniali, II. De causa peccati; & praesertim an Deus sit causa peccati, III. De peccato primi hominis, IV. De propagatione primi peccati, V. De natura, & ratione peccati originalis, VI. De poena, & effectibus eiusdem peccati.

Tertia generalis controversia, quae de Reparatione gratiae, tres sunt controversiae principales: Una de gratia, & libero arbitrio; Altera de justificatione impii; Tertia de bonis operibus, & fructibus justificationum.

Prima controversia principalis continet libros VI. I. De gratia in genere, id est, de definitione, nomine, & partitione gratiae, II. De Communicatione gratiae, & Praedestinatione, III. De natura liberi arbitrii, actu, subiecto, objecto, &c. IV. De viribus liberi arbitrii, & gratiae necessitate in operibus naturalibus, V. De viribus liberi arbitrii, & gratiae necessitate in operibus moralibus, VI. De viribus liberi arbitrii, & gratiae necessitate in operibus supernaturalibus.

Secunda controversia principalis habet libros V. I. De fide justificatione, sive de preparatione ad justificationem, II. De iustitia inhærente habituali, III. De incertitudine, inaequalitate, mutabilitate iustitiae. IV. De certitudine, & veritate iustitiae actualis, V. De meritis operum bonorum.

Tertia controversia principalis continet tres libros. Primus est de Oratione, II. De Jejunio, III. De Eleemosyna. Et haec quidem Cardinalis Bellarminus.

Prodiit muperim Lugduni, & nunc demum Antuerpiae duobus Tomis, opus quod fionem moralium de Christianis officiis, & casibus conscientiae ad formam cursum Theologiae moralis, qui in Romano collegio docetur, concinnatum, per Vincentium Fillium de Societate Jesu Theologum, qui tam Theologiam moralem se tractare asserit, non tantum quam tradunt Scholastici, & S. Th. 2. & q. 64. parit. 3. Sed illam insuper, quam ii, qui summas casuum conscientiae scripserunt.

Primo igitur tomo tractantur disputationes, & quaestiones hoc ordine, I. de Sacramentis tam in generali, quam speciali, capitibus pluribus, cum quodlibet Sacramentum suas habeat quaestiones, & capita, II. de Censuris Ecclesiasticis, tam in genere, quam in specie. Item de Irregularitate.

Secundo vero Tomo proponitur explicandus Decalogus, praemissis ad eundem modum velut praedictis, & de requisitis ad actionem humanam. Item de virtutibus, & peccatis in genere.

Deinde de virtutibus Theologicis, & vicinis, quae illis opponuntur. De Religione, & actibus illius, ut patet oratione; & quae his adversantur, Magia, Sacriligium, superstitio. Tum de blasphemia, Juramento, perjurio, voto, observatione festorum, Jejunio, decimis, Charitate fraterna; nempe elemosynis, correptione fraterna, vitis Charitati adversantibus, debito filiorum erga parentes, Dominorum, Laicorum superiorum oblatione erga subditos, & converso: virorum erga uxores, & contra; Homicidio, Bello, Ira, & vitis cognatis, virtutibusque illisdem contrariis.

Item de Temperantia, & Luxuria, eiusque speciebus: De Iustitia, Jure, & Dominio reru. De furto, Injustitia, restitutione, Contractibus in communi, & particulari, aliisque officiosis: puta deposito, usura, &c. Emptione ac venditione, censibus, cambiis, &c. Locatione, mercede operariorum, sedus, fortibus, societate, mandato, tutela, stipulatione. Denique ad extremum agit de Iudicio temerario, contumelia, detractione, iniuriis, Testibus, Reis, Advocatis: prout per decem Decalogi praecipua ea omnia dispartitur, & in istisem explicatur.

DOCTORES, PRAECEPTORES, PER QUOS PRIMUM S. THEOLOGIA, quae per Revelationes habetur tradita, JUDEORUM.

Quamvis primus nostri generis patens Adam teste Athanasio docuerit religionem, & ritum sacrificandi filios suos, & quibus Abel secundo genitus, ingenti fide, & amore, obtulit Deo

Deo optima pinguissima gregis sui, ut exponit S. Ambrosius: Nihilominus dicitur de Enos filio Seth Gen. 4. Et ipse cepit invocare nomen Domini, & d. Moyses, Ipse auctor, fuit & doctor, ut passim homines Deum ritè colerent, unde Hebraei habent, tunc coepit esse felicit publicae, & per coetus auctore Enos, invocari nomen Domini. Itaque tunc homines in certum sive Ecclesiam congregari cepisse, & ad conciones publicas, sive catecheses convenisse, ut ad sacrificia, aliosque ritus sacros viderent, unde vult Vvaldensis, & Bellarmintus, Enos instituisse cultum aliquem sublimiorem, quam esset religio vulgi: eumque opposuisse Idololatiae, quae erat in aliis Ade familiaris, censet Tomillus.

Post hunc meminit scriptura Henoch filii Jared, eumque tradit ambulasse cum Deo, Gen. 5. id est, ita sanctè, & religiose vive, quasi coepit esse felicit publicae, & per coetus auctore Enos, invocari nomen Domini. Itaque tunc homines in certum sive Ecclesiam congregari cepisse, & ad conciones publicas, sive catecheses convenisse, ut ad sacrificia, aliosque ritus sacros viderent, unde vult Vvaldensis, & Bellarmintus, Enos instituisse cultum aliquem sublimiorem, quam esset religio vulgi: eumque opposuisse Idololatiae, quae erat in aliis Ade familiaris, censet Tomillus.

Ceterum multiplicatis super terram hominibus, & ad malum inclinatis, suscitavit Deus Noe virum iustum, id est, religiosum, & perfectum in omnibus actionibus, Gen. 6. qui sacram doctrinam verbo vitasque exemplo diffeminaret totis annis centum, quibus edificabat arcam, praesertim postquam a Deo intellexerat eam preparari conversationi paucorum, & instare diem decretum exordio hominum, quic ab eo averterant, unde & aptavit fide arcam, ait Apostolus ad Hebraeos c. 11. per quam salvavit mundum: & iustitiae, quae per fidem est, haeres est instituta, servabat ergo, & stirps incorrupta: ut esset novum mundi origo, ac novorum hominum, potissimum fidelium seminarium, ut ait S. Ambrosius.

Abraham Patriarcha, virtute sapientiae caeteris praestantior habitus, consuetum vulgo receptam de diis perfusionem convellere, & commutare. Ergo primus auctus fuit affirmare unum esse Deum universorum opificem, de caetero si quid ad felicitatem conferat, id non gratis nobis viribus, sed illius voluntate contingere. Hoc verò colligebat ex terra, & maris affectionibus, tum eorum, quae circa solem, & lunam, ac omnium, quae circa caelum contingere: esse nimirum potentiam quandam, quae his addit, & providet, angulari ordinis observatione. Hac autem eum delectarentur homines, palam esse, quicunque ad nostram utilitatem attinent, non pro nostra ipsorum facultate, sed Dei iuberentis imperio, & potestate suppeditari. Quapropter huic unum honorem deberi, huic gratias agi oportere. Itaque cum Chaldaei, & Mesopotamii caeteri contra ipsum moverentur, consilium migrandi cepit, & voluntate, auxilioque Dei fretus, Chananaem tenuit: ubi sedibus positus Deo lucravit, & hostias mactavit. Meminit illius Berossus, non tamen eum nominans his verbis. Post diluvium decima aetate apud Chaldaeos fuit quidam iustitiae cultor, vir magnus, & caelestium rerum peritus. Joseph. 1. 1. Ant. 8.

Cum populus Israeliticus morositate, & cupiditate sua Moysi gravis esset, conquectus est coram Domino ea de re. Iussit igitur Dominus LXX. viros de senioribus Israelitarum selectos convocari ad oraculare tabernaculum, iisque spiritum, quo Moyses praeditus erat, immisit. Qui ubi illis incedit, tum sine intermissione vacitabantur. Restabant autem duo in castris, Eldad, & Medad, qui cum essent in numero conscriptorum, neque ad tabernaculum concessissent, coeperunt & ipsi spiritu afflati in castris vacitanti. Quod cum puer quidam Moysi nunciatus cuccurrisset, Josue Nun F. Moysi de juvenibus administrer, respondit, Domine Moyses, prohibe eos: Cui Moyses, quid, inquit, amularis pro me? quis tribuere, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum. Hi postea 72. seniores cum Moysi populi omnes suffruerunt. Num. 11.

Apud Judaeos scripturae, Scribae (de quibus multa mentio in Evangelio) sacrorum librorum literam tantum docebant, nec ab ea recedebant vel cultum latum. Qui verò majus quiddam profitebantur, Pharisei nominati sunt, a Phares, quod est divisio, se velut meliores a multis dividentes, separantesque. Utrinque autem tam Scribae, quam Pharisei, in Cathedra Moysi sedebant, populo legem emittentes. Scribae, ad cognitionem literae, sensuque historici, ac veluti introductionem rerum aliorum, ac secretarum, quas Pharisei explicabant. Lud. Protes in 1. 18. Aug. de Civ. Dei. 39. Vide Locum Prophetarum.

CHRISTUS IPSE, APOSTOLI, ECCLESIASTAE, CONCIONATORIS SACRI, DOCTORES, vel SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

Prophetis successerunt in lege gratia Apostoli, Apostoli

Ecclesiae, Concionatores sacri divini verbi Praecones, Doctores Scriptores Ecclesiastici, seu quocunque tandem nomine appellantur: quorum non tam est ea, quae futura sunt, praenunciare, quam ea, quae praeterierunt, quaeque brevissimo, & suavisimo Evangelii nomine comprehenduntur, populo annunciare: nec docere tantum, sed etiam facere. Porro cum Theologiae veluti colonia exisset in mediam hominum vitam deducta Religio, quae non tam cognoscere, quam cognita colere, & cuique divina rei suam tribuere docet, ad iustitiae religiose doctrinam haec ipsa pertinere sunt censenda. Proinde Tit. Religionis propagata, & Conversorum, non pauca exempla suppeditabit. Titulus quin etiam Monachorum, illud verò modò causa in primis observandum, haec ipsa ad Vitae religiosae classes transferri posse omnia: quando quae hic tanquam Principia universalis considerantur, illic certo vitas generi tanquam Principia accommodantur. Sed ad exempla: quorum plerumque ex Historiae Ecclesiasticae scriptoribus mutuati sumus: eorum tantum, qui eximie docendo, scribendoque excelluerunt. Reliquos, in quibus dignitatis, vel major vel saltem aequalis doctrinae consideratio fuit, ad Episcoporum locum retulimus.

Multi fariam multique modis per varias figuras, visiones oracula, olim Deus loquens (sive ut Graeci habent, & dicitur, id est locutus) patribus in Prophetis, Judaeis nempe, iisque solis, ut quos Prophetae rudi illo saeculo instruxerunt, accommodato modo, temporis, & personis: Novissime, id est, post omnes prophetas, & leges tam varias in diebus istis, locutus est nobis in Filio, utpotè simi in Patris ab aeterno, in Verba vidit, nosque edocuit, quod prophetae non nisi obsecrè, ac per partes, & similitudines cognoverant, aliosque docuerant, unde & plenitudine illius omnes accepimus. Cujus etiam doctrina fuit plena, perfecta, & suavis, ipsaque veritas, & sapientia, unde & nomine Lucis toties appellatur in scripturis, illuminantis omnem hominem venientem in hunc mundum. Jo. 1. 1. Marcus c. 1. scribens quomodo in Galilaeorum Synagoga Christus docuerit, ait omnes stupuisse super illius doctrina. Erat enim docens, tanquam potestatem habens, non sicut scribae illorum. Docebat, namque tanquam legislator, non ut interpres; neque personam hominum respiciebat, ut illi. Deinde cum doctrina conjungebat opera, & miraculorum virtutem, qua illam confirmabat, seque a Patre missum demonstrabat. Unde auditores mirabantur, quia in potestate Deo etiam spiritibus immundis imperabat, & obediabant ei. Marc. 28. Matt. 9. Luc. 5.

SIMON, qui & Cephas, & Petrus, filius Joannis, seu Joanne, frater Andree, Bethsaida natus, piscator Capharnaicus, auditor Joannis Baptistae circa Jordanem, sed Andrae fratri ductu ad Christum conversus est, &c. In Ponto, Galatia, Cappadocia, Bithynia, atque Asia Christum docuit. Petrus, & Petrus, sub Nerone Romae crucifixum fuisse interversis pedibus testantur.

ANDREAS, frater Petri, aetate major, natus patre Jonia in vico Bethsaida piscator: Joannis Baptistae primum, deinde Christi discipulus. Patris Achaiae urbe sub Aegea, praefecto Edessenorum, Sophronius crucifixum asserit. Alii verò in Scythia, quam Evangelii luce illustrarunt. Sarius Tom. 6. 30. Novemb.

JACOBUS Zebedaei filius, ex Maria Salome, sive Jacobi, frater Joannis, confobrinus Christi, piscator, deinde Christi discipulus, in Judaea Evangelizavit, & Hierosolymis ab Herode interfectus est, anno 3. Claudii, & Christi 45. ante diem Azymorum.

JOANNES, frater Jacobi, natu minor, piscator, Apostolus & Evangelista, Christo charissimus fuit. In Asia Evangelium H praedicavit. Ephesi Evangelium suum conscripsit, contra Cerinthum, & Ebionem haereticos. Anno Domitiani 14. in Patmos relegatus. Exacto anno, succedente Nerva, Ephesum rediit. De ejus morte nihil certi constat, nisi quod Hieronymus mortuum Ephesi scribit, anno post passionem Domini 68. & juxta eam urbem sepultum.

PHILIPPUS, Bethsaida vico Gallilae natus, a Clemente is juvenis fuisse creditur; ad quem Christus dixerit. Sine mortuo sepelire suos mortuos. In Scythia 20. annis, alii novem tantum docuisse, & inde ad Septentrionalis Oceani gentes venisse; tandem ab Ebionitis in crucem esse adactum, & ab illis asserit. Nauclerus reversum ex Scythia, Hierosolymam rediisse, & sub Tito mortuum, Eusebius anno 12. Claudii crucifixum, & lapidibus obrutum, Christi vero 54. alibi Hierapoli obdormivisse, & honorifice sepultum testatur, postquam in Phrygia Christi Evangelium praedicasset. Ad titulatur etiam Sophronius.

BARTHOLOMÆUS, regis Syrorum nepos, Indis prædicavit: a primis crucem actum, primis miraculose evasit, deinde iterum suspensum petiisse scribit. *Sabellicus* cum a fratre Polymni Allyage in urbe Armeniæ Albana, pelle detrada excoxiat a feris.

MATTHEUS, aliis Levi, filius Alphai, publicanus Calpharnai, Evangelium Hebraicè scripsit, tertio anno Caligulae. In Æthiopia prædicavit. *Nicephorus* apud Anthropophagos in civitate Myrmena clavus in terram defixum fuisse, auctor est. *Abdias* ab Hirtaco rege Æthiopum capite truncatum affert.

THOMAS Didymus in Parthia prædicavit, item Medis, Persis, Germanis, Hyrcanis, Badtris, & Magis. Aliilanceis transiberatum, alii gladio percussum obiisse tradunt. *Hieronymus* in civitate Calatrina Indiæ obiisse, & Edeffam Mesopotamiæ reliquias translatis, affirmat *Ruffinus*.

JACOBUS ALPHÆI, item Justus, & minor, frater Domini, & frater Judæ dictus: item Oblias, hoc est, mutus: & Nazareus, id est, sanctus: & Apostolus, quoniam viderat Christum, cum quæ prædicat. Quæ duæ conditiones (teste Hieronymo in Epistola ad Galatas) in Apostolis primitivæ Ecclesiæ requiruntur. Quidam hunc Josephi ex alia uxore, alii Mariæ Cleophæ fororis matri Domini, & Alphai filium fuisse asserunt. Primus Hierosolymorum Episcopus fuit anno Christi 33. Tiberii 19. & Episcopatu præfuit annis 30. tanta sanctitate, ut perpetuam servavit virginitatem, usque certatim omnes simbarum vestimentorum ejus attingere cuperent. Interfectus est secundus a Stephano à Judæis, anno nati Christi 63. post ascensionem 24. Neronis 7. ætatis sue 65. teste *Epiphonio*. Ut *Egeciptus* ait, nullum aut vini, aut carnis usum, in tonsus, unguenti, & balnei expertus, & cui ob assiduum orandi usum, genua in camelorum speciebus occalluissent, quem Judæi & pinnaculo templi præcipitatem, quod Christum prædicasset, sullonum fuisse mactatum.

JUDAS Lebbaeus, & Thaddæus, item Zelotes, & Simeon dictus, frater fuit Jacobi, minor natus. Percurrit Judæam, Galilæam, Samariam, Idumæam, Arabiam, Syriam, Mesopotamiam, Eusebius, & Hieronymus cum a Thoma ad Abagarum Edesenorum regem missum scribunt. *Abdias*, & *Sabellicus* in C Peris Pontificum impetu interemptum asserunt, *Nicephorus* vero eum Edeffæ post Evangelii propagationem, & miracula placida morte obdormisse scribit.

SIMONEM Epiphanius Josephi filium facit, Sophronius Jacobo: alii vero Alphai, Ativo frater, sive sobrinus, sive patruelis Christi fuerit, Chanaanus certe, hoc est, Zelotes dictus est. Quidam eum post Jacobum Hierosolymis Episcopum fuisse asserunt, annis 46. *Eusebius* ex *Egeippo* eum sub Trajano, & Attico consulari, flagris ad mortem usque Hierosolymis casum, tandem cruci affixum tradit, anno Christi 110. Trajani 10. ætatis 120.

MATHIAS, in locum Judæ proditoris per sortem electus fuit. Ex Bethlehem tribus Judæ nobili genere natus, & sub Rabbi Simone in lege institutus traditur ab Abdia. In Æthiopia eum prædicasse *Sophronius* scribit, ibique mortuum esse.

PAULUS, Saulus primò dictus fuit. Ejus parentes in oppido Judæ Giscali habitant: quo à Romanis capto, Tartum Ciliciæ migravit: & ibi natus est Saulus, pater Judæo, sive Romano, ex tribu Benjamin. Literis humanioribus imbutus fuit. Mox Hierosolymam missus, à Gamaliel Phariseo legem didicit, conversus est anno Christi 24. Tiberii 19. auctore *Hieronymo*. Evodius vero, teste *Nicephoro*, ab ascensione ad Stephanum lapidationem septem intercessisse annos scribit, & Paulum sexto post mortem conversum esse. Sic conversus, & in tertium etiam oculum raptus, organum electum ad prædicandum Evangelium Dei, multas peregrinationes obiit. Prima in Arabiam, Secunda quarto anno post suam conversionem, Christi 30. Tiberii 22. Hierosolymam relinquens, Syriam, & Ciliciam peragravit. Tertia, Hierosolymam cum Barnaba Cyprium abiit, in Pamphylia, Lycaonia, Phœniciam, & Samariam. Quarta, ex synodo Hierosolymitana cum Sila peragravit Syriam, Ciliciam, Mysiam, Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Samothraciam, Macedoniam, Thessalonicam, Athenas, Corinthum, Ephesum, Cæsaream, & tandem redit Hierosolymam. Quinta, ex Hierosolymis Antiochiam, inde peragravit Galatiam, Phrygiam, Macedoniam, Lyciam, & Hierosolymam revertitur, ab Asiaticis Judæis in templo comprehenditur. Claudius Lyfias tribunus eum eripit, &

ad Felicem præsidem Judææ transmittit anno 22. post conversionem, Claudii 13. Christi 35. Sexta deditur ad Felicem Cæsarem, & ibi biennio victus custoditur, donec Felix Felici succederet. Cum Cæsarem appellasset, Romanus victus deducitur, anno 2. Neronis, Christi 38. conversionis 25. Romæ biennio in clementi fuit custodia, quibusvis ad eum commentibus. Septima, post biennio apud Neronem causam dixit, & absolutus fuit, anno Neronis 4. Anisigitur illis decem usque ad ultimum Neronis inivit Ecclesiæ Syriæ, Asiæ, Græciæ, inde etiam Evangelizavit in Italia, Gallia, atque etiam Hispania. Mox Romam denovo pertractus, à Nerone capite multatus est, & in via Ostiensi sepultus: eodem anno, & die, quo & Petrus crucifixus est: nimirum 14. Neronis, aut 12. ut *Eusebius* vult, Christi nati 70. post 37. conversionis 36.

MARCUS Evangelista matrem habuit Mariam, in conjugio Hierosolymis Christiani convenire solebant. Conso-brinus fuit Barnabæ, Cooperarius erat Apostolorum in peregrinationibus, Paulum in Pamphylia deseruit, & eum Barnaba navigavit in Cyprium, Romam etiam fuit cum Paulo, Petro quoque fides fuit socius, & ex ejus ore Evangelium suum scripsit. In Ægyptum missus, Alexandria suum Evangelium prædicasse dicitur. Ibi quoque octavo Neronis anno mortuus est, & sepultus, succedente illi Aniano, teste *Hieronymo*.

LUCAS Medicus Antiochenus, sectator, & comes Pauli, scripsit Evangelium, & aBā Apostolorum. Vixit 84. annis celeberr. Sepultus Constantinopoli: ad quam urbem 20. Constantii anno obit ejus cum reliquis Andree Apostoli translata sunt ex Achaja. *Nicephorus* ait, cum in Græciæ de olea fuisse suspensum.

PHILIPPUS Diaconus, & Evangelista fuit Hierosolymis, *Ab. 68. 19. 21.* Quatuor filias virgines prophetico spiritu prædicas habuit. *Ab. 21.* In civitate Samariæ concionatus est, & miracula magna edidit. Simonem etiam magum cum Petro vehementer impugnavit. Rediit cum Petro Hierosolymam. Mox ductu Angeli Gazam abiit, & in Æthiopem eunuchum Candacis reginæ incidit, eum convertit, & baptizavit. Æthiopo non advertente, à spiritu abripitur, & in Azoto urbe collocatur. Inde finitimus omnibus Evangelizans, Cæsaream venit: ibi tranquilla morte decessit.

BARNABAS, sive Barsabas, hoc est, filius consolationis, atque etiam iustus cognominatus est. Josephus quidam, Christi discipulus, Levita, Cyprius. Hic cum Mathia fortionem subiit Apostolatus: sed Mathias electus fuit. Idem Paulum conversum primus Hierosolymis hospitio excepit, anno conversionis 4. Christi 37. Tiberii 22. Antiochiam confirmandæ Ecclesiæ causa mittitur. Tartum inde profectus, Paulum perduxit Antiochiam, & ibi integro anno commune docendi munus habuere. Cum Paulo deinde in Cyprium navigavit, Lycaoniam, Pamphylia, Phœniciam, Samariam peragravit. Circumfertur ejus Evangelium, sed apocryphum. Alii in Cyprio fimbriis extra civitatem protractum, crematum esse asserunt. Alii in Salamine passum scribunt.

THIMOTHEUS deliciae Pauli, patre Græco, matre vero Eunicea fidei muliere natus est Lyftris Lyconia. Comes fuit Pauli in peregrinando, & legatus etiam Ephesi subsistit. Quidam eum Ephesi in porticu templi Diane, quod idololatriam corum redarguisset, telis & lapidibus obrutum ferunt. Alii sub Nerva, alii sub Domitiano occidit asserunt.

TITUS Paulo dilectus filius in fide, socius, & adiutor, H Græcus fuit. Corinthi Evangelizavit. Mox à Paulo in Creta relictus est, primus Cretensium Episcopus. In Creta obiit, & sepultus est: prius in Dalmatiam profectus, cum Paulus Romæ secundo captivus teneretur.

SILAUS, Pauli, & Barnabæ comes, prophetico spiritu claruit. Orto inter Paulum, & Barnabam diffidio, cum Paulo in Syriam, & Ciliciam abiit, & eadem cum Paulo petulit. Urum e LXXII. discipulis fuisse, Petrus de Natalibus refert, & Episcopus Corinthiorum in Macedonia martyrium subsistit. Videtur hic idem sub Sylvam nomine à Paulo nominari: quamvis alii diverfos esse velint.

JUDAS quidam inter Hierosolymitanæ Ecclesiæ fratres primarius, & spiritu prophetico clarus, cum Paulo, & Barnaba Antiochiam ex Synodo profectus: & ibi ali quandiu commoratus, multis concionibus fratres exhortatus est.

ARCHIPPUS Pauli socius, & commilito fuit, Hieronymus Colossensis Ecclesiæ Episcopus fuisse putat.

Alexan-

ALEXANDER quoque Pauli socius, qui in tumultu Ephesi a no è turba extirpatur, accusandus Judæis.

ARISTARCHUS Macedo est Thessalonicus, Pauli comes, atque etiam concipivus, in *Epist. ad Coloss. 4.*

MANACHES Herodis tetrarchæ collectaneus, Propheta, & doctor in Antiochena fuit Ecclesia, ante Barnabæ, & Sauli prædicandi per gentes segregationem. *Ab. 13.*

ANDRONICUM, & Juniam vocat. Paulus suos cognatos, concipivos, ac nobiles, Apostolos.

APOLLO, genere Alexandrinus, Judæus, venit Ephesum: & ibi ab Aquila institutus, in Achajam abiit, & Corinthiis etiam prædicavit.

ZENAS jurisperitus, ejus ad Titum 3. meminit, Corinthi docuit cum Apollo.

ONÉSIPHORUS à Paulo mirificè commendatur. 2. *Tim. 1.*

CRESCENS à Paulo in Galliam missus est.

EPAPHRODITUS Roma à Paulo ad Philippenses missus fuit, ut illis Evangelizaret.

EPAPHRAS docuit Evangelium apud Colossenses, cum Paulus Romæ captivus teneretur.

EUNUCHUS Candacis reginæ à Philippo diacono conversus, Æthiopiis deinde prædicavit, Sophronius eum in Arabia felici, & Taprobana insula maris Rubri Evangelizasse, & martyrium subsistit testatur.

SANCTINUS Episcopus Neldensis, sub Domitiano, à Dionysio Areopagita institutus.

EUTROPIUS Persa genere, anno 14. Domitiani, Petri Apostoli consilio in Galliam abiit, & martyri obiit.

MATERNUS, Valerius, & Eucharis Ravennam à Petro missi à Nauclore traduntur. Henricus Maternum Teverim. Ægisthum Bardovicum à Petro missos asserit, utrunque ex 72. discipulorum numero.

HERMAGORAS à S. Marco conversus, à Petro Aquilejæ Episcopus constituitur: Patitur sub Nerone.

DIONYSIUS Areopagita, Pauli discipulus, qui tempore passionis Christi Eclipsin in Heliopti Ægypti vidit, & vel mundum machinam rururam, vel Deum naturæ patri asseruit, à Paulo Athenis conversus, ad Clementem Romanum Episcopum missus, & ab eo in Gallias dimissus, Parisius eum rusticum, & Eleutherico sociis martyrium passus est.

MELITO Sardensis Episcopus, vir eloquentis, discipulus Frontonis philosophi, qui Marcum Imp. erudit. Pro Christianis apologiam ad Imp. scripsit, anno Imperii ejusdem 17. In Orientem profectus, & eum ipsum numerum librorum veteris Testamenti, qui & nobis hodie receptus est, retulit. Plurima scripsit. Mortuus Sardibus.

PANTÆUS Alexandrinus, Philosophus Stoicus doctissimus Christianus factus sub Commodò: dignus habitus fuit, qui primus publice Alexandriam Christianam scholam aperiret, & Catechetis constitueretur. Mox cum Indi Alexandriam mittent ad Demetrium Antistitem, ut sibi doctorem idoneum mitteret, Pantæus eò missus est, ubi Evangelium Mathiæ reperit, quod Bartholomæus Apostolus olim ibi doctrinam Christi plantans, Hebraicè descriptum reliquerat, atque illud secum Alexandriam deportavit, cum Indiam reliqueret.

BASILIS Ancyranus presbyter, fidei Nicænæ acer defensor, eum sub Juliano ad ethnicismum multi relaberentur, Ecclesiæ circumitit, Christianis in fide confirmans. Tandem sacra faciens, ab ethnicis captus, & post multos cruciatus martyrio affectus est. Divertit ab hoc Basilis Ancyranus Episcopus, Semianarius & Pneumatomachus.

ÆDESUS, & Frumentius Tyrii, cognati Meropii ejusdem Tyrii philosophi, & ab eo in literis instructi, cum eo navim Indiam sunt delati. Ibi propter fœdus inter Romanos, & Indos ruptum, occisus est innocens Meropius. Pueri ad regem adducti. Illa alterum mensæ regio, alterum sermibus suis præfecit: & moriens, regio regio præceptores dedit. Interea Frumentius, cui prima commissa erant regie gubernationis partes, & propagandi apud Indos interiores Evangelii provinciam suscepit (nam vicinos Indos Bartholomæus Apostolus docuerat). Querit ergo iner Romanos mercatores Christianum: cum eo ceteros Ecclesiasticos magno voto suis fructu cogere incipit. Inde cum rex ad matrum pervenisset atarem, resignata gubernatione, reditum in patriam à regina, tanquam invitata, impetravit. Itaque Alexandriam Frumentius venit, Athanasio successores suos enarravit: & ab eo Indorum genti tandem missus est Episcopus. Ædesus vero Tyrum ad suos rediit, & presbyterii sortitus est.

KERTUS Corinthus Britannus, Salomonis Cornubiæ ducis filius, virtute, & ingenio clarus, Galliam petiit, & apud Pictones cum Hilario familiariter vixit, & in religione ita institutus est, ut in patriam reverens Venodoras, & Monadas, gentes Cambriæ versus Boream, exemplis, & doctrina instituerit, anno Salutis 380.

FABOLINUS, Viator propter peregrinationes assiduus dicitur, regis Scotorum, & Hyberniæ filius, Christum prædicavit passim, & collegia instituit, per quæ fides propagaretur: in primis quidem in Gallia Pictavi sub Hilario, deinde apud Belgas propè Mosellam. Paulo post in Vosadi cacuminibus, Argentina, Curia Rhetorum, & alibi per Burgundiæ provincias. Postremo appulit ad insulam Rheni supra Basileam, ubi nunc oppidum Saccingum est, & ibi ædificam adificavit. Verum incolæ eum virgine casum egerunt: Adit Clodoveum regem Gallorum, & ab eo donationem istius insule liberitatem accepit. Instituit ergo ibi collegium seminarium. Post mortem Clodovei, cum incolæ rursus tumultuarentur, precibus à Deo impetravit, ut Rhenus relicto dextro alveo ad sinistram laberetur, & sibi contra Ethnicos propugnaculum fieret. Quo miraculo incolas convertit. Resuscitavit quoque Ursum Claronensem, qui ei hereditatem suam dono dederat. Nam cum mortuo Urso frater ejus Landulphus pactum negaret, & coram Baldeberto Langravio iudicium expediri non posset, nisi Ursum donator coram iudicibus sisteretur: Fridolinus Claronam abiit, & Dei virtute Ursum resuscitavit, secumque ex Claronæ ad pagum Rheticum Ranquil per sex miliaria duxit, ut coram Langravio cum fratre Landulpho de injuria iudicaret. Quo miraculo Landulphus territus, suam & ipse partem hereditatis Fridolino donavit. Obiit Fridolinus anno Christi 514. cum Christum annis 130. peregrinando prædicasset. Saccinga sepelitur ad sinistram chori partem: cum in dextera cubaret Ursum. Postea vero eo ex loco Fridolinus in fimum ara collocatus est.

SEVERINUS Afer, monachus, Ravennatensium inde Episcopus, mox ad ulteriorem Danubii ripam in Noricorum finibus cenobium habuit. Post mortem Attilæ, Vandalorum crudelitatem fugiens, ad ipsos Vindelicos, & Noricos, Romanorum adhuc provincias, concessit. Primum moratus Batavia, ad confluentes Danubii, & Oeni, ubi G fanam ejus nomine dictam hodie atret. Postea ad Fabianam (quæ nunc Vienna est) concessit, sub monte Cæcio (qui mons Calvus dicitur) Tandem Laureacum abiit. Prophetico spiritu claruit, & circumiens omnibus penitentiam prædicavit, futurus Barbarorum incursionis prædicans. Qui pariter ejus consilio, à Barbaris elementis tractatuere, ut Tiburina urbs, Norici cum caput, Hostibus etiam ipsi admirationi fuit. Odoacro Eruorum regulo Italiæ regnum prædixit: Sanationum donis celebris fuit. Laureaco Fanium discesserat: ubi senio confectus vocatis ad se Philiteo, ejusque conjugis Gisa, & Friderico Rogorum principibus, monuit, ut cum Romanis fœdus servarent, & pii essent: sin minus, penas daturus: quod & contigit. A Theodorico enim occisi sunt. Romanis futurum reditum in Italiam prædixit, atque, ut una secum oves sua auferrent, petiit. Obiit Idus Januarii, anno Christi 481. Relata postea ejus oves in Italiam. Neapoli condita in castello Lucullano, ubi Severini nomine monasterium extructum: anno Christi 494. Discipulos habuit Lucillum Pataviensem, pastorem, & deinde Episcopum Fabianensem, qui post Severini mortem cum Romanis in Italiam rediit: Sylvium Quintianorum mytem: Constantium Laureacensem Episcopum anno 427. sub quo Severinus Laureacum precibus suis ab hostium vi servavit, anno 477. Paulinum Tiburini Norici metropolii Episcopum, qui ad monitionem Severini, triduum indico jejuniis, urbem ab excidio servavit: Maximum Juvanensem Episcopum, quem Severinus monente duobus nunciis, ut urbe excederet eum omnibus quotquot salvi esse cuperent: imminere enim urbi extremum fatum nocte insequente. Altera nocte ab Heraldis, & Ostrogothis, duce Vidomar, urbs excisa est, Maximus in crucem actus: symmythæ ejus plures 55. erupe montis, quò sese abdidit, præcipitatus, anno 576. In eade Amandi (quæ hodie Margarete est) Salsburhi humatus.

OROSTIUS Tarraconensis ortu, Augustini jam grandævii discipulus, scriptis clarissimus, contra gentes, & Pelagianos acriter pugnavit. Floruit anno Christi 415.

Mor-